



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnaburgensis Ecclesiae, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1657

Decretvm XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

DECRETVM XVIII.

Intolerabilem quoque abufum etiamnum continuari intelligimus, quod distributiones quotidianæ, quæ, vigore facrorum Canonum & Concilii Tridentini, nec non receptæ confuetudinis, in omnibus Ecclefiis, folis præfentibus in choro distribui deberent, abfentibus etiam, nec legitime impeditis dentur. Vnde hinc duplex malitia confequitur; una, quod portio illa, quæ abfentibus datur, præfentibus vel fabricæ Ecclefiæ, quibus de jure competit, decedat; altera, quod taliter recipientes fructus non faciant fuos, & taliter ob humanos favores conniventes & admittentes peccent, adeoque in confeientia finguli reftituere teneantur; cum illis folum abfentibus præfentia debeantur, quos facri Canones excufant. Quod ne poft hac fiat, feveriffime prohibemus; facillimumque huic malo remedium adhiberi poterit, fi (uti antehac fieri confuevit) præfentia illa non uno tempore fimul, fed per dies quibus cedunt, in Choro præfentibus distribuantur; quod facilius hifce temporibus pacis, quam præcedentibus bellicis, fiet. Ideoque in virtute sanctæ obedientiæ, poenifque arbitrariis, omnibus & fingulis Ecclefiarum Diœceſis Noſtræ Oſnabrugeniſis Prælatiſ & Superioribus mandando præcipimus, uti, in his & fimilibus abufibus tollendis, fe vigilantiores & diligentiores, quam antehac ab illis factum eſt, exhibeant, & provideant, ac congruis mediis, & debitis poenis Eccleſiaſticis, ſuæ jurifdictioni ſubjectos inducant ac cogant, ut obligationibus ſuis juxta fundationes beneficiorum fuorum, tam in celebrando impoſito Sacrorum numero, vel procurandâ deluper diſpenſatione, quam divinatorum obſequiorum majori frequentatione, & excluſione abſentium, vel minus canonice impeditorum, à participatione quotidianarum distributionum, aliifque juxta uniuſcujuſque fundationem rite obeundis & præſtandis ſatisfaciant: ſcientes, quod ſi in his & fimilibus exceſſibus puniendis & corrigendis conniveant, diſſimulent, vel nimis remiſſi fuerint, ſeipſos horum peccatorum participes reddant, Deoque & Nobis ſtrictam de his rationem ſint reddituri.

DECRETVM XIX.

Cum aliqui ex Paſtoribus ruralibus ita ſe intra limites Parochiarum ſuarum contineant, ut nullam vicinarum A catholicarum, quoad Catholicos in illis commorantes, curam habeant, quam tamen omnibus Paſtoribus Noſtræ Diœceſis antehac, juxta certam Parochiarum A catholicarum distributionem à Nobis factam, ipſorum inſpectioni demandavimus: idcirco Paſtoraliſ Noſtræ obligationis memores, iterum ſevere præcipimus ac mandamus, ut diligentem poſthac curam & ſollicitudinem, quoad vicinos Catholicos, in Parochiis A catholicis degentes, juxta factam ſpecificationem gerant, illifque in Sacramentorum adminiſtratione, animarumque ſalute procuranda, & ſpiritualibus conſolationibus, ſedulo & fideliter, uti propriis ſuis Parochianis, adſtant; ſcientes, quod ſi ſecus fecerint, divinæ ultionis vindictam ac Noſtram offenſam ſe incurſuros.

DECRETVM XX.

Quæ circa concubinitus vitium, necdum, præ dolor, plene apud nonnullos extirpatum, in anterioribus Synodis diſpoſuimus, hoc loco repetimus & confirmamus; ſedulo omnibus & ſingulis præcipientes, ut funditus, hoc turpiſſimum carnis vitium, & Dei Sacerdote indigniſſimum, eradicare allaborent, & hætenus data ſcandala devitent.

DECRETVM XXI.

Commiſſarios Archidiaconorum præcepta antehac in Synodis celebrandis frugalitatis denuo commonemus; ne Parochias viſitatas gravent, & exiles sæpe Eccleſiarum redditus abſurgiant.

DECRETVM XXII.

Cum etiam ſummus Pontifex Concluſiones nonnullas hæreticæ pravitate non ita pridem damnarit; eaſdem, in hoc cœtu & loco Synodali, debite promulgari volumus, ſicut & de facto promulgamus; ut ſequitur: